



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-745221-p0001-6

DFG



1670.

1. Hegel, Immanuel: *De vasallagio*.
2. Hegel, Immanuel: *De iure ad crescendi*. 2 Bvmpf.
3. Tschirner, Iohannes: *De antihisteri facita*.
4. Frisch, Ioh. Fraktinus: *De imperii et rebus eorum*.
5. Frisch, Ioh. Fraktinus: *De iure directorio*. 2 Bvmpf.
convenitibus et officiis, quod vocant, directorio.
6. Klemens, Galenus: *De constitutis imperii Romanorum Germanicis*.
7. Pliny, Tacitus: *De legitima defensione*.
8. Schnabel, Bone dicibus: *De iure decimationis*, Germ.
Nachdruck - dicto.
9. Tector, Ioh. Wolfgang: *De auctoritate interpretationis*.
10. Tector, Salomon Symplicius: *De remedio contra vitium competitibus.*
11. Wolff, Christianus: *De arris sponsabilitate*.

1671.

1. Grotius, Emilius: *De jure domini ac vasalli naturalis*.
2. Baenias, Ioh. Conradus: *De iuri gentium cum iure naturae concordia*.
13
3. Pfelinger, Ioh. Paul: *De nobilitate*
4. Heldt, Iohann Heinrich: *De eo, qui dolo scribit poni donec*.
5. Krauss, Iohannes Theodor: *De necessitate*
6. Lupin, Iohannes Georgius: *De donatione matutina
nalso morgengabe*.
7. Martin, Iacovus Gauthier: *De quinta fructu
parideclaran iure vindicari et peti possit.*
8. Schrifler, Fr. Fredericus: *De sponsalibus*
9. Tector, Ioh. Wolfgang: *De donacione morbi causa
proclamata amorem irreverabilis*.
10. Tector, Ioh. Wolfgang: *De possessorio iurisdictionis*
11. Tector, Ioh. Wolfgang: *De materia scriptorum
concludentis ac stylis*.

1691.

12. Wagenseilus, Ioh. Christopherus : *De reprobatione*


13. Wicland, Iohann Wolfgang : *De obligacione civitatis
ex contractu matris.*

ore.

usa

5







Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-745221-p0007-0

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-745221-p0008-5

DFG

12426.

I. N. D. N. J. C.
DISCURSUM FEUDALEM

De

1690

VASALLAGIO

SUB PRÆSIDIO

JCTI EXCELENTISSIMI
VIRI NOBILISSIMI ATQUE CONSULTISSIMI


DN. ERNESTI CREGEL
INCLUTÆ REIP. NORIMBERGENSIS
CONSILIARII GRAVISSIMI IN UNIVERSITATE ALT-
DORFFINA CODICIS JURISQUE FEUDALIS
PROF. PUBL. FAMIGERATISSIMI
ANTECESSORIS PRIMARII

DOMINI PATRONI PRÆCEPTORIS AC HOSPITIS
OMNI OBSERVANTIAE GENERE PERPETIM
COLENDI

solenni Eruditorum examini subjicit
PHILIPPUS JACOBUS SCHEURL
AUTOR.

ad D. 7. Septembris.

A. O. R. MDC LXX.



ALTDORFFI

Typis Viduæ Joh. Leonh. Winterbergeri, Universitatis
Typogr.



I. N. D. N. J. C.
DISCURSUS FEUDALIS

De

VASALLAGIO

THESIS I.



E ex depravatâ hominum

naturâ, quæ pro gratiâ odium sæpe referre solet,
Vasallus immemor feudalis beneficij, ullâ se in-
gratitudinis maculâ impunè contaminare pos-
sit, fidelitas ex omni feudo debita efficit; hæc
enim ille est obex à Juris feudalis compilatori-
bus positus, hæc ille stimulus, contra quem absque metu cadu-
citatris criminisque perjurii Vasallus calcitrare nequit, corpo-
rali enim juramentô ejus promissio corroboratur, atque rece-
pto loquendi modô Vasallagii nomine venit.

TH. II.

Cujus vocabuli Etymologiam evolvere cui volupe est, vo-
cem è *Vasallo* & græco verbo, ἄνοιγμα sanctum, compositam
conjecturabit, ideo quod Vasallo ejus contenta sancte sint custo-
dienda, aut ad eorum observantiâ sancte se obliget; nisi alludo.
rejuvat quod sit *Vasallilgium*, quasi per hoc ad servitia Do-
mino exhibenda obligetur. Ast in principio principii peti-
tionem ne committamus, aut obscurum per æque obscurum cla-
rius reddere videamur, in ipsam Vasalli derivationem curiosius
inquirendum erit. *Vultejus* Vasalli appellatione Longobar-
dorum vel Germanorum esse conjicit, deductam à germanico
Gesell; quod feuda possidentes soleant Dominum euntem ad

A z

bellum,

bellum vel ipsi vel per vicarios comitari, aut certum censum æra-
rio Domini inferre; hincq; Vasallos audire pares, gleiche Gesel-
len / lib. 1. d. fens. cap. 4. n. 13. Consentit Cujacius lib. 1. de feud. in
proœm. *Vassus* & *Vasalli* nomen, inquiens, servitium significat si-
nus comitatum, cum deducatur non ex eo, quod Vasallū sīnt quasi in
Vasario nobilium, & *Vasa* eorum instrumenta q̄ censeantur, sed
à Germanica & veteri Gallicā voce *Gessel* / quā significatur,
qui nobis servit mercede certa. Sed dura quodammodo videtur
transpositio literarum G. & U. *Hotomannus* diminutivum esse
contendit primitivi *Vassus*, quod Longobardis denotavit fir-
mum, vest / veleum, qui firmiter alicui est obstrictus, quem-
admodum Vasallus Domino; in comment. de verb. feud. voce *Vas-*
sus. Aliis *Vassus* idem est quod *devotus*, *acutus*, *acris*, ob offici-
um Vasallorum, consistens in devotione, fidelitate, fortitudine & alacritate. Alii ab obsoleto Germ. *Vaseln* / i.e. itare,
commeare & incremento augeri, sich bessern / zu nehmen (hinc:
Ungerecht Gut Vaselt nicht) deducere volunt, quia Vasallus cum
Domino ire & proficiisci debeat, cum ab eo bona feudalia,
unde se suaque sustentare & augere possit, teneat. Confer.
Immortal. Dn. Ludw. ell. in Syn. jur. Feud. cap. 5. p. 112. & Wehner.
Observ. Pract. verb. Vasaln / Vaseln. Unde non ridicula vide-
tur derivatio, quam affert Besold. lib. 1. Polit. cap. IX. p. 305.
si Vasallum à fortitudine s. forti i.e. Vasso dici putat, & inde
à Dominis titulō insigniri des Besten unsern lieben und Ge-
treuen. Nos quemvis suō abundare hic sensu libenter permit-
timus, non diffitemur tamen ejusmodi obsoletorum verbo-
rum originationes non esse Evangelia.

TH. III.

Vasallagium generali vocabulō etiam Fidelitas dicitur, positō
contentō pro continente; non enim negari potest, hanc in jure
feudali non semper pro ipso fidelitatis Juramento accipi, sed
interdum pro ipsā fide quæ promittitur, c. qualiter, 2. F. 5. c. in
Epistola, 2. F. 6. & c. est & alia. 2. F. 7. interdum pro juramen-
to, quo quis ad fidem illam præstandam sanctè se obligat,
c. utrum autem, 2. F. 4. §. est & alia, 1. 2. F. 24. & per supr. all. xxx.
Dn. Ludw. all. Syn. c. 14. p. 357. Vult. lib. 1. cap. 6. n. 3.

Quin

TH. IV.

Quin fidelitatem latius patere quam Vasallagium eleganter probat *all. c. qualiter 2. F. 5. in pr.* ubi Juramentum fidelitatis, quod Vasallus feudi Domino praestat, & nobis in specie Vasallagium, die Lehenpflicht dicitur, expressè fidelitas nominatur. *In v. s.* Si vero *Domesticus ibid.* fidelitas vocatur Juramentum officii, sive domesticitatis, Germ. die Raths Ambts oder Dienst Pflicht / quod tenentur Domestici alicujus domini, respectu officii, quod in domo habent, ut sunt Consiliarii, Pincernæ, Dapiferi, Camerarii &c. *Sub finem* deniq; *d. ix.* loquitur Feudista de Homagio propriè sic dicto, sive Juramento subjectionis, Erbhuldigung / Landshuldigung / & absolutè Huldigung / quod propriè subditum facit, adeoq; illò, quod Vasallus praestat, fortius ligat, idque vel inde apparet, quia Vasallus jurat Getreu und gewärtig seyn / wie einem aufrichtigen Lehenmann gebühret / subditus contra: Getreu und gehorsam / wie einem aufrichtigen Unterthan gezeihmt und gebührt / vel: daß er seinem angebornen Hermund dessen Erben woll ein treuer und gehorsamer Unterthan seyn. *Rosenth. Tract. Feud. concl. 85. cap. 6.* *Wehn. Obs. Pract. verb. Landes oder Erbhuldigung / j. Vult. lib. 1. de feud. cap. 6. n. 5. cum seqq. Schneid. Epit. fena. part. 5. n. 63.*

TH. V.

Hæc tamen Juramenta non inter se invicem pugnant, neque sibi adeò sunt contraria, ut alterum cum altero concurrere nequeat, quin potius ab uno eodemq; homine, qui simul subditus est officialis ac vasallus uni eidemq; praestari posse asseveramus. Quamvis nec tantâ inter se cognatione jungantur, ut unum alterum includat, vel hoc per illud suppleatur, cum multum, uti *θ. pract. dictum*, invicem differant. *Vult. c. 1. n. 7.*

TH. VI.

Nonnunquam homagium tanquam vocabulum generalius pro Vasallagio Dd. usurpant, docente *Dn. Lndw. all. 1. p. 359. Ros. n. 5. Vult. c. 7. n. 30. & Wehn. c. 1.* Imò non tantum homagii nomine, sed haud raro Hominii quoque, *Pet. Gudelin. Comment. de Jur. feud. cap. 7. n. 1.* item solius fidelitatis appellatio-

A 3 . ne

ne venit Vasallagium, per sup. all. c. utrum autem, 2. F. 4. Inter-
dum dicitur Vassaticum, teste Calvinio in Lexico fur. verb. vasalla-
gium, Jusjurandum Vasallaticum, Rosenth. c.l.n.6. Item, Jura-
mentum Clientelare, Martin. Mager. de Advocatia armat. cap. 9.
n.154. Besold. Thes. Pract. verb. Lehmann/Ehenpflicht/ à clientu-
lis, i.e. Vasallis, uti vocantur 1. F. 10. utut propriè loquendo cli-
entelare mage protectionis sit Juramentum, Schutz und Schirm-
Pflicht. Idem Mager. de Advoc. armat. c. 9. n. 139. cum seqq. Spei-
del. in Spec. voce Huldigung.

TH. VII.

A definitione nominali pergendo ad realem describimus
Vasallagium, quòd sit Juramentum, quo Domino feudi Va-
sallus fidelitatem promittit, vel cum Feudista 2. F. 4. Jus-
jurandum quod à Vasallo præstatur Domino.

TH. VIII.

Ratione finis & formæ omne Juramentum unius esse gene-
ris dicitur, ratione objecti autem in Promissorium, Confirma-
torium ac Decisorium dispescitur à Dn. Hahn. in not. ad We-
semb. tit. de Jurej. n. 4. & Bachov. ad Trentl. vol. 1. Disp. XXI. th. 1.
lit. a. Decisorium appellant quod in Judicio, vel solius religio-
nis injiciendæ, vel litis decidendæ causa fit; Confirmatorium,
quod actus præcedentes confirmat; Promissorium, quo quid in
futurum promittitur. Evidentioris perspicuitatis gratiâ cum
Nobilissimo, Consultissimo atq. Excellentissimo DN. PRÆSIDE,
cui ob paternam informationem quoad vixero, obligatus ero,
in prælect. publ. ad Process. Fori, juramentum respectu objecti
& finis divido in Asertorium, quo quis aliquid esse vel non
esse sanctè affirmat, pertinens ad rerum controversarum decisio-
nem & aestimationem; Promissorium quòd in futurum aliquid
jurato promittitur; & Mixtum sive partim promissoriū, par-
tim asertorium, quale est Juramentum calumniæ generale, quod
præstatur super lite bonâ fide inchoatâ, & non calumniandi ani-
mo terminandâ, l. 1. & 2. C. de Jurej. prop. calum. dand. Promissoriū
rursus vel Judicium & causas Judiciales respicit, v.g. Ju-
ramen-

ramentum Judicis & Asfessorum, l. 14. pr. & Autb. seq. C. de 7. u.
dic. O.C. p. 1. t. 57. Advocatorum, d. l. 14. §. 1. C. de Judic. O.C.
p. 1. t. 62. 64. Procuratorum, O.C. p. 1. t. 63. vel causas Extrajudi-
ciales, quarum intuitu dividitur in Promissorium in Specie ita
dictum, quo aliquid sine praecedente actu promittitur, & Con-
firmatorium, quo actus praecedens magis confirmatur. Ad causas
eiusmodi extrajudiciales spectat Juramentum ELECTORUM,
t. 2. A.B. Tutorum & Curatorū, Policiey Ordin. de A. 1548. & 1577.
tit. von der Pupillen/§. item daß Er. O.C. p. 1.t.76. Familiaritatis si-
ve assecurationis, confœderationis, subjectionis, quibus etiam
Vassallagium nostrum annumeramus, eò quod per hoc non
sola tantum fides verbis in futurum conceptis juretur, sed etiam
obligatio de re præstanda (debitis v. g. servitiis) introducatur,
unde certo respectu & fidei promissorium & obligationis intro-
ductorium, sive promissorium in specie, appellari potest, Dn.
Hahn. c.l. Evidem confirmatione Juramento convenire vide-
tur, quasi actum investituræ obligatorio suo valore validum fir-
mumq; redderet, verùm quoniam investitura sæpenumerò abs-
que fidelitatis præstatione celebratur, & si præstatur, interdum
præcedit, interdum ipsam Investituram sequitur, per. txx. 2. F. 4.
& 2. F. 24. §. 1. commodiùs & rectiùs promissorio adscribitur.

TH. IX.

In Vasallagio nostro considerandæ veniunt primò loco perso-
næ, quarum gratiâ omne jus constitutum est l. 2. ff. de statu hom.
Ex autem sunt Dominus feudi & vasallus, quorum hic fidelita-
tem facit, ille accipit. In neutro sexus discriminem attendi-
tur; quia enim fœmina feudum dare potest, per §. 1. ibi: fœ-
minam, 2. F. 3. & accipere, c. successionis, 2. F. 50. quin ei etiam
fidelitas jurari, vel eandem ipsa promittere possit, non est ambi-
gendum. Circa personam Domini sciendum, ei juramen-
tum hoc præstari posse, licet sit infans, modò tutorem habeat,
qui autoritate suâ investituræ renovationem firmare, & fide-
litatis juramentum à Vasallo recipere possit, Vultej. l. 1. c. 3. n. 7.
inf. estque ejusdem planè efficaciam, ac si majori cuidam do-
mino fuisset præstitum. Quod si infans ad justam pervenerit
ætatem, de novo jurare Vasallus non tenetur, nec exspirante
tutoris officio juramenti relaxatione opus est, quia id intuitu
pupilli

pupilli utpote domini est præstitum , & cum ipsa administracione ac officio in persona tutoris extinguitur , Rosenth. cap. 6.
concl. 42. lit. b.

TH. X.

Multò magis domino pubertati proximo vel minori in specie sic dicto, si quid in investitura agatur intelligit, ejus renovandæ & juramenti deferendi potestas non est deneganda, per c. investitura , 2. F. 3. (non obstante l. 17. §. 1. de jure jur.) etiam sine tutoris curatorisve authoritate, quia all. rx. indistinctè loquitur, nec ullam authoritatis tutoriæ mentionem injicit, & ratio dispositiva legis in §. 1. f. de auet. tut. ibi : deteriorem &c. hīc cessat, cūm nulla planè h. l. metuenda sit deterioratio , non enim nova nascitur obligatio , sed vetus ex contractu majorum in pupillum descendens duntaxat renovatur ; & ex juramento, quo sibi Vasallum devincit , conditionis melioratio speratur. Vult. c. l.

TH. XI.

Dubitatur hic de Domino aliquo corporis vitio laborante, e. g. muto, surdo, an homagium ei rectè præstetur? Affirmativam tuemur, si ex accidenti quodam infortunium obvenerit, & quid sibi investitura velit scire possit; sin autem naturā talis fuerit, propter totius actus ignorantiam meritò removetur. Vult. l. c. n. 8.

TH. XII.

Nec diversum haberi debet de furioso ac prodigo , cūm ille æquè ac infans non intelligat quid agatur , §. 8. f. de inutil. stipul huic verò rerum suarum administratio ademta , curatoriique sit commissa.

TH. XIII.

An Vasalli à domino cui insignis infamia nota est inusta, investituram justo tempore non petentes , fidelitatemque uti decet non facientes, excusentur à commissi pœna, saxe multumq; movetur ? Affirmativam amplectimur. Infamem autem potissimum h. l. eum dicimus, qui excommunicatione vel banno Imperiali legitimè est oneratus, wann der Lehensherz ist in die Acht erklärt

erklärt / oder in Bann gethan / hujus enim farinæ hominem Jus ipsum expellit , omnemque cum eo usum interdicit , e. cum excommunicato , 12. caus. XI. quest. 3. cap. nulli , 8. ~~ix~~ defens. excomm. j.O. C. p. 2. t. 10. §. Und wo erz. imò apertè Vasallus à sacramento fidelitatis , quo excommunicato vel bannito domino obligatus est , absolvitur , & à præstatione servitorum liber pronunciatur in c. hic finitur lex 2. F. 28. c. nos sanctorum , 4. caus. 15. qu. 6. Fidelitas enim , quæ Christiano Principi juratur Deo adversanti ejusque præcepta calcanti , nullâ authoritate persolvi debet , c. ult. d. caus. 15. q. 6. & domino feudi rebelli læsæve Majestatis reo tanta non debetur obedientia , quanta Domino patriæ universalis , cùm superioris jus & persona in juramento semper sit excepta , cap. venientes , 19. ~~ix~~ de jurej. c. est & alia , ibi : excepto Imperatore , 2. F. 7.

TH. XIV.

Feudi Dominô ad recipiendum vasallagium omnino habili adhuc vivô , num vasallus ejus filio jurare debeat quæstio est frequens ? Rectè placet non debere , arg. pr. 1. F. 22. pr. 2. F. 40. §. præterea si quis 2. F. 55. nisi dominus jus suum filio concesserit , Vasallus que à fidelitatis juramento , quo sibi devinctus erat , liberum pronunciaverit ; cum enim hoc casu persona domini mutata sit , quin vasallus à filio feudum recognoscere obligetur non est dubitandum . Nec dispar ratio est , si dominus feudum licet vendiderit , aliove modo alienaverit , tunc enim emtori , aliquique accipienti ad faciendam fidelitatem tenetur Vasallus . Ros. cap. 6. concl. 64.

TH. XV.

Alia occurrit dubia concertatio : An Dominô defunctô , relictis pluribus heredibus æquale jus in re habentibus , singulis præstanta sit fidelitas ? Quorundam Dd. autoritatem æquitati maximè consentaneam sequentes , statuimus , non à singulis investituram petendam , singulisque à Vasallo fidelitatem promittendam esse , (videantur complures à Vult. lib. 1. c. 7. n. 94. allegati ,) sed sufficere vel omnibus uno eodemque actu simul congregatis , vel uni heredum cœterorum omnium nomine à Vasallo jurari , quia numerus eorum , qui in locum alicuius succedunt , pro singulari est habendus , l. 56. inf ff. de condit. & de monstr. nec Vasallus ut pro uno feudo plures habeat dominos cogi potest , §. præterea ducatus , 2. F. 55. Liberam verò eligendi licentiam

centiam , cui ex heredibus Domini cœterorum nomine jurare velit , vasallo non absolutè tribuimus , sed potius eos requirendos esse , ut unum cui fidelitatem præstari velint , eligant , consumus , electus autem ex coheredibus vasalli vocari solet der. *Lehnträger / Besold. Thes. Præst. verb. Lehnträger.* Heredibus Domini planè inter se dissidentibus , Vasalli arbitrio electionem (habito tamen quantum fieri potest ætatis & præminentia respectu) tribuimus *Vid. Dn. Ludov. in sapius all. Syn. cap. 11. p. 290. Dn. Schnob. Disp Fend. s. th. 13. Vult. c. l. & Rosenth. cap. 6. concl. 38. ubi n. 11. & 12. monet* , Vasallum uni omnium nomine jurare posse , consequenter tamen omnibus Domini hereditibus juramento adstrictum esse , & plures quidem dominos , non tamen singulos in solidum habere , ac fidelitatatem hoc casu non in plus , sed fortius cum obligare.

TH. XVI.

Nihil autem interest de feudali jure , an ipse dominus , an verò alius ejus nomine Investituram faciat & Vasallagium recipiat , per ix. in §. 1. 2. F. 3. Hodiè indistinctè id non posse affirmari rectè tradit *Warem. ab Ehrenberg. lib. 2. defæder. c. 1. n. 164.* dum investituram Ducatus vel Principatus ipsum Imperatorem , Comitatus autem &c. Consiliarios Imperii conferre assentit ; cui distinctioni fidem facit *Const. Caroli V. in der Ordn. des Regim. de Ao. 1521. §. und behalten uns bevor / eam casu quo Imp. diutius extra Imperii fines commoratur , etiam per Procuratorem ritè expediri ostendens d. const. § seq. und sellen wir ic.* Sic Principes Imperii nostri per rei feudalis Præpositos (die Lehen-Pröbst) & alibi per Cancellarios suos investituram feudorum exercere quotidiana docet experientia. *Giphan. tr. de jur. fendl. c. 10. n. 6. 7.*

TH. XVII.

Vicariis porrò Imperii nostri Serenissimis licet vacante Imperio amplissima tradita sit potestas , exercendi scil. judicia , ad beneficia Ecclesiastica præsentandi , colligendi redditus & provenitus ; in Feudorum tamen investiturâ & juramenti fidelitatis receptione potestas eorum quodammodo limitata est & circumscripta. De feudis quippe majoribus , quæ Fahnenlehen vulgo appellantur , (ideò quod feuda Principibus Secularibus , sicuti sub vexillo olim , ita hodiè sub ense conferantur , cuius capulum investiendus deosculatur *Dieterich. ad t. s. A. B. in verbis: specialiter reservamus , j. Inf. th. 60.* non interim concedimus , mo- rem

rem investiendi sub vexillis, in quibus insignia Principatus conferendi erant depicta, planè in desuetudinē abiisse, *Vid. Limn. tom. 1. addit. ad lib. 4. Jur. publ. c. 7. n. 32. p. 439. & seqq.*) investituram facere aut fidelitatis promissionem recipere nequeunt, sed ea soli Imperatori Regive Romanorum sunt reservata, per expressam Aureæ Bullæ dispositionem d. tit. 5. Ubi & illud observatum dignum, quod Vasalli de feudis minoribus à Vicariis licetè investiti, electo Romanorum Rege, à recognitione denuò facienda præstandaque fidelitate non excusentur, sed potius ad omnia suo tempore innovanda adstringantur, *A.B.d.e.*

TH. XVIII.

Circa Procuratorem notanda est distinctio: quod speciali mandato instructus tam de feudo antiquo, quam novō; Procurator autem cum liberā i. e. generale mandatum habens tantum de antiquo investire possit. Licet enim Procurator cum liberā, investiendo Vasallum de novo feudo, acquirat Domino, & ex juramento fidelitatis ad servitia præstanda eum obliget; per donationem tamen, quam feudi datio sicut, aliquid alienasse videtur, contra l. 63. ff. de Procurat. *Vid. Schneidev. Epit. feud. p. 3. n. 87.*

TH. XIX.

Quod si quis per subinfeudationem feudum aliquod tenet, immediato suo domino, non superiori & mediato juramentum fidelitatis debet, §. præterea si quis, 2. F. 55. ei enim merito fidelitate me obstringo, à quo beneficium accipio, cum fidelitatis præstatio & fidelem esse sit quidam quasi fructus feudi, *Rosenth. cap. 6. concl. 63. l. D.* Cui assertioni fidem addit *Dn. Just. Sinold. d. Schluß in Colleg. publ. de Stat. Rei Rom.* quando inquit: Domini Territoriales de territorio suo subinfeudati superioritatem ipsam à Dominis feudi immediatis, non immediatè ab Imperatore consequuntur & recognoscunt; certè & ipsi casu emergente non ab Imperatore, sed ab immediatis suis feudi dominis (quorum etiam demum mutatio necessitatē renovationis inducit) renovationem investituræ petere, iisque fidelitatem jure debent, maximè cum hi ipsi immediati ab Imperatore de territoriis illis investiantur, *Vol. 1. Diff. 6. th. 26. lit. K.*

TH. XX.

Consideratā hucusque personā domini, succedit persona

B 2

Vasalli

Vasalli; ubi primò illud notamus; nihil interesse, sive Vasallus investituram petens expressè fidelitatis juramentum se præstitum promittat, pr. 2. F. 24. sive tacite ad fidei promissionem sese offerat; sufficit enim, si eam facere non recuset, Dn. Ludv. c. 11 p. 292. Schneidevv. part. 5. n. 58.

TH. XXI.

Ætas vasallum à vasallagii præstatione certo respectu & immunem reddere, & ad id præstandum præcisè adstringere potest. Immunem facit vasallum infantia & pupillaris ætas, c. sancimus 1. F. 22. §. si minori, 2. F. 26. §. præterea si quis 2. F. 55. sive tutorem habeat, sive non habeat, nec enim tutor pupilli ad præstandam fidelitatem cogi potest, per tx. expressum in § si quis decesserit, 2. F. 26. ei potius à domino datur dilatio in id tempus, quo pupillus pubertatem attigerit, & ad fidelitatem faciendam omnino sit habilis, Schneidevv. p. 3. n. 101. es wird die Lehnpflicht bis zu ihren mündigen Jahren aufgeschoben. Sic in Electorali Saxonica Aulâ puberes demum completo anno decimô quartô & decimû quintum ingressi ad juramentum fidelitatis admittuntur, Georg. Schulz in Syn. Jur. Fend. cap. 5. n. 6. ubi ex Joachimo Scheplitz subjicit, in Electoratu Brandenburgensi differri Vasallagium ad perfectam ætatem sive XXV. annum completum. Si tamen velit, etiam sine speciali mandato jurare vel pupilli juramento autoritatem suam addere tutor non prohibetur. Pupillus autem absque autoritate cum consensu domini jurans, obligatum sibi tenet dominum, huic autem non obligatur, arg. pr. 7. de auct. 1. 1. 13. §. 29. de action. emt. Sibi enim imputet dominus, quod cum tali contraxerit, quem efficaciter obligari non posse scire debuisset. Nisi forte pupillus dolî capax, & dolosè in contractu versatus fuerit, tūm enim malitia ætatem supplere dicitur, l. 3. C. si. min. se maj. esse dix. & pupillus tām naturaliter quām civiliter Domino obligatus esse censetur, Dn. Ludv. Exerc. Justin. 3. th. 7. lit. d. Ung. Exerc. 10. quest. 3.

TH. XXII.

Nec solùm masculis, sed & fœmina eodem jure cum masculis gaudet, 2. F. 17. 2. F. 30. 2. F. 50. cui post annum demum 14. tempus Investituræ petendæ currit, nec ex intermissione recognitionis intra illud tempus quicquam periculi metuit, licet per dispositionem juris Civilis post annum 12. pubertatem consequatur, pr. qnib. mod.

mod. tut. fin. Vid. Ros. c. 6. concl. 41. Nec nullâ hic opus est distinctione circa Hermaphroditum, utrum magis in sexum virilem an verò fœmineum incalefacat, *Borch. de feud. c. 5. n. 45. Niell. Disp. Feud. 2. th. 6. l. B.*

TH. XXII.

Quod de infante impubere affirmavimus *suprath. 21.* diversū est in pubere minorenni, qui homagiū domino suo & præstare potest & debet, sive ipse id faciat, sive per alium, v. g. curatorem. Negligens enim recognitionem, feudō privatur, salvō tamen usque ad annum XXIX. restitutionis beneficiō; nisi reverā contumax fuerit, i. e. ad recognitionem feudi, & fidelitatis præstacionem admonitus contumaciter emanserit, tum enim ut malitiæ suæ pœnas sentiat restitutio ei deneganda est, *Dn. Ludv. tract. Feud. III. cap. ult. p. 508. cum seqq.*

TH. XXIV.

Porrò non interest Vasallus sui juris an sub patria potestate sit; filius familias enim cùm feudum accipere possit, *l. 39. ff. d. O. & A. Vesembec. de feud. c. 5. n. 4. Arum. Disp. Feud. 3. th. 38.* ita ut ususfructus Patri non acquiratur, *Conr. Rittershus. b. m. part. feud. lib. 1. c. 6. & 7.* quin Juramentum ex feudo debitum præstare queat non est dubitandum. Regulam enim ponimus generalem, quod is Vasallagium præstare possit qui feudi capax sit. Nec exceptionem patitur hæc Regula in surdo, muto, cœco aut alias imperfecto, licet enim hi commodè domino ipsi jurare non possint, attamen per alium fidelitatem rectè promittere valent, cùm id ipse quis facere intelligatur, quod per alium facit. Intellige si Vasallagium ex feudo novo præstandum est, & dominus investiens illorum conditionem non ignoravit, eo ipso gratiam hanc concessisse præsumitur, ut per substitutum servire atque per mandatarium fidelitatem promittere possint, ne dicamus fidelitatis præstationem prorsus posse remitti à domino feudum constitueretur rerum suarum moderatore, *§. 1. iuf. 2. F. 3.* In feudo verò antiquo quia hujusmodi personæ à successione arcentur, *§. 2. 1. F. 6. & 2. F. 36.* eo ipso à Vasallagii promissione excluduntur.

TH. XXV.

Furiosus autem quia quid faciat nescit, nullatenus in jurantium numero habendus, & amplius per naturam ad omnes actus & contractus inhabilis est, *l. 5 de R. 7.* Dispar ratio prodigi, licet enim plerumq; pari passu ambulent furiosus & prodigus, in suc-

cessione tamen feudalii dispari gradū incedunt, cùm in hoc cesseret
ratio quæ militat in furioso, servitia enim cæteraque in formulâ
fidelitatis comprehensa præstare potest prodigus, quare fidelitatem
domino rectè promittit; quamvis administratio uti allo-
dialium, ita & feudalium Curatori committenda sit, *Dn. Ludw.*
in Syn. Jur. feud. c.9. p.247.

TH. XXVI.

De Clericis an rectè præstent Vasallagium, dissidentes sunt opiniones, utpote ad servitia militaria inceptis, cùm post assumptionem Clericatus desierint esse milites seculi, factique milites Christi, *rx. 2. F. 21.* Magis est ut rectè præstent, aut si detrectant, à feudis abstineant. Eleganter *Sonsbec. p. 1. n. 27. & 29.* Si conueniri nolunt, ait, *Clerici coram domino, vel curiae Paribus & Judicibus secularibus, caveant à Secularibus feuda accipere, & secularibus rebus se immiscere, ful. Clar. recept. sent. sive feud. q.3. Schneid. de feud. p. 1. num. 6. Finckelth. D. feud. 1. tb. 11. Suthm. Specul. Rom. Imp. c. 25. n. 44. Ros. Syn. Feud. c. 1. concl. 9. l.c. inf.* qui hanc opinionem apud Germanos indubitatam pronunciat. Nec Archi Episcopum, Episcopum, Prælatum, aliumque in extremo præminentia gradu constitutum Clericum à Juramento nostro suam absolvere dignitatem, luculenter probat *Instrum. Pac. art. V. §. electi ibi: Juramenta Regalibus consueta feudis præstiterint, & inter alia exemplum Investituræ Eminentissimi Archiepiscopi & Electoris Moguntini, apud Limn. tom. 1. Addit. ad lib. IV. c. VII. p. 438.*

TH. XXVII.

Parili modō nec Ecclesia à Laico investita à Juramento fidelitatis absolvī meretur, & *Rosenth. c. 6. concl. 31. l.C.* si exemplum vidisse negat, ubi nomine Ecclesiæ feudum tenentis non jurata fuerit fidelitas. Excipimus interea lubentes consuetudinem & mores contrarios, ex ratione, cæteris paribus, non negligendâ, quod Ecclesiæ Justitiæ cultrix & auxtrix non patiatur contra justitiam aliquid fieri vel in se vel in alterum, privatus vero sæpe Justitiæ obviet, c. si clientulus, 1. F. 13. 2. F. 101.

TH. XXVIII.

Ut multa comprehendamus paucis: *Quisquis feudi capax, & per ætatem aliasque qualitates ad investituram accipiendam idoneus est, is regulariter ad præstandam fidelitatem obligatur, sive feudum*

feudum teneat magnum, sive modicum. Non enim est verosimile, dominum naturam contractus feudalis mutasse, & in concessione feudi exigui Juramentum Vasallo remisisse, cum de natura hujus contractus sit, ut juretur fidelitas, per §. 1. inf. 2. F. 3. Et si nulla contractibus pacta sunt adjecta, juri communis contrahentes se conformasse videntur. Ros. cap. 6. concl. 32.

TH. XXXIX.

Unde infertur, nec ipsam Majestatem à fidelitatis Juramento excusare, Principem enim Regali diadematē fulgentem salvâ superioritate suâ alteri ratione ditionum quarundam feudarium fidelitatem præstare & posse & debere, exemplo est Potentissimus REX SUECIÆ, qui Invictissimi IMPERATORIS nostri & IMPERII ratione Ducatum locorumq; in *Instrum. Pac.* ipsi assignatorum, Vasallus audit, casuq; eveniente Investituræ renovationem decenter petendo fidelitatis Juramentum præstat, art. 10. §. ex solvit deniq; &c. & §. seq. vicissim.

TH. XXX.

Præterea inde colligitur nec à Vasallagio immunes esse Vasallos feuda franca tenentes, qualia reperire licet in Circulo nostro Franconico inter Nobiles Immediatos; licet enim hi à præstatione servitorum immunes sint, à Vasallagi præstatione propterea liberi prædicari non possunt, Wehner. *Observ. Praet. verb. Frey. lehen* / quia feuda impropria in iis, in quibus expreßè alterata non sunt, communem feudi naturam retinent, 2. F. 48. Ex quâ conclusione porrò sequitur, propter feudum ex quo debetur certus canon simili ratione fidelitatem juratō promittendam esse, ut proinde explodendi sint, qui nec Juramentum nec ullam Fidelitatem ex tali feudo de emphyteuscos contractu non nihil mutuante, deberi asserunt, quandoquidem pars alicujus contractus substantialis præcipua & formalis, qualis in feudo est fidelitas, à contractus ipsius perfectione nullo modo potest abesse. Ros. c. 10. concl. 34. n. 59. & 60. Dn. Ludw. in *Syn. c. 14. p. 361.*

TH. XXXI.

Quid dicemus, si vasallus juravit se Domino ejusq; heredibus ac successoribus fidelem fore, num mortuō Dominō ad vasallagium Successori præstandū est obligatus? Neg. Quamvis ad ipsam fidelitatem nihilominus eum obstrictum asseramus, c. veritatis, 14. ex ir. de Jurej. A petitione vero renovationis Investituræ eum propterea immunem haud facimus, cum separata omnino sint investi-

Investituræ renovatio, & Juramenti præstatio. Facit huc §. præterea si quis, 2. F. 55. ubi indifferenter, feudum sibi jurabile nec ne, investituræ petitio intra annum & diem præcipitur, nec enim uno remissio, aliud quoq; intelligitur remissum, per tradita à Rosenth. cap. 6. concl. 35. Ad dominum feudi in dignitate Ecclesiasticâ constitutum, v.g. Episcopum, hæc quoq; extendimus, propter identitatem rationis; ut enim Episcopus Antecessoris sui heres propriè dicinqueat, attamen si domini successores vasallus Juramento incluserit, ad reiterandum illud eveniente mutatio-
nis casu, adstringendum hunc non esse censemus cum Ros. c.l.

TH. XXXII.

Secus se res habet, si Vasallus pro se & suis successoribus jura-
verit, hoc enim casu quoniam defuncto vasallo novus heres,
novi mores & nova est anima, nec Juramentum personam juran-
tis egreditur, non solum investituram petere, sed & omnia præ-
stanta præstare tenetur; quapropter successor feudalis, v.g.
filius, contraveniendo fidelitati ex Juramento defuncti, ante-
quam ipse eandem præstiterit, perjurium non incurrit, per ea
quæ habet Bald. in l. 10. C. de oper. lib. n. 32.

TH. XXXIII.

Cæterum prolixa controversiæ tela sese offert circa fidelita-
tem nostram, in casu, ubi plures adsunt Vasalli heredes? hanc
ut ritè percurramus, distinguimus inter feudum divisum & indi-
visum, priore casu cuivis, qui ex divisione feudi partem accepit,
fidelitatem jurandam esse nobis persuademus, cum singulæ divisæ
partes peculiare totum constituant, heredemq; pro parte suâ Va-
sallum faciant, ut sic tot Vasallos sibi Dominus acquirat, totq; fide-
litates recipiat, in quot partes feudum inter se heredes distri-
buerint, §. 1. vers. præterea Ducatus, 2. F. 55. Posteriore casu in feudo
indiviso maximè facebit negotium ix. si de feudo &c. vers. omnes fi-
lli, 2. F. 26. qui in indiviso quoq; omnes Vasalli heredes ad præstan-
dum fidelitatis juramentum vocat; quod adeò iniquum Cujacio-
visum fuit, ut manum dicto textui admoverit, & pro voce Indi-
visum, Divisum substituerit, quò conveniret cum cap. cum plu-
res, 2. F. 77. Quantumvis verò Cujacius litis hujus telam pertex-
tus correctionem se pertexuisse ratus sit, aliis tamen à violento
ejusmodi remedio meritò abstinentibus retexenda fuit, præfer-
tim quia inter dd. capp. non reperitur indisolubilis Antinomiae
nodus in conflictu solvendus.

TH. XXXIV.

TH. XXXIV.

Non æstimatō igitur hoc loco magni alias *Cujacii* labore, ex
indiviso feudo ab omnibus heredibus fidelitatem jurandam esse
affirmamus, eam tamen non adeò in solidum singulos obligare
ut quivis servitia extoto feudo debita præstare teneatur *per tx. 2,*
F. 77. unde insignis iniquitatis patrocinium oriretur; sed ut re-
liqua in fidelitate contenta observet, & prout fidelem decet, erga
Dominum se gerat. *Vid. Vult. de feud. lib. 1. c. 7. n. 91.*

TH. XXXV.

Si verò omnes heredes comparere, fidelitatemque Domino
rpæsentes jurare non consueverunt, aut unum ex se eligendi,
extraneumve speciali mandatō instructum, mittendi facultatem
habeant, nihilominus ex hujus unius juramento reliqui obligati
erunt, æquè ac si ipsi præstitissent. Nec infrequens est hodie, ut
plures ejusmodi heredes aliquem è suo numero, qui communī
omnium nomine investituram accipiat & juret, eligant, Germ.
einen Lehnträger, teste *Melonio in Thes. Jur. de jure feud. tit. 1. n. 24.*
qui plerumq; fratum vel agnatorum natu est maximus. *Add. sup.*
th. 15. Nec feudi renovatio fieri debet; quamdiu talis Procurator
vivit, præmortuō licet uno vel altero heredum, tradente *Besoldo*
Thes. Pract. verb. Lehnträger.

TH. XXXVI.

Ex quibus consectarium, non ipsum duntaxat Vasallum, ve-
rūm ejus quoque Procuratorem jurejurando fidelitatem Domi-
no rite polliceri. Sic Universitas, Collegium &c. per Syndic-
cum vel Procuratorem jurat, & quivis aliis Vasallus per man-
datarium præstat homagium, *2. F. 3. & §. 2. ¶ s. Item Investitura, 2. F.*
§ 8. nihilque usu est receptius, quam jurare in alterius animam,
præprimis in investituræ actu, quamvis olim propter suam ja-
ramento personalitatem dubitatum fuerit, an id liceat nec ne-
l. 2. pr. & §. 1. C. de Jurej. pr. cal. dand. nec hodiendum in Saxoniam li-
cere patet ex *Landrecht lib. 1. art. 46. cit à. Treutl. Vol. 1. Disp. 21. th. 1.*
Ros. c. 6. concl. 37. lit. b. Moribus tamen passim contra dissertatio-
nem non adeò frivolam *Dn. Justi Oldenops de jurejur. in alio. anim.*
id obtainere experientia testatur, nec legibus prohibitum esse c.
tibi Domino, *34. dist. 63. & c. optatum, 4. dist. 100.* ostendunt. Utut
C enim

enim Juramentum sit actus personalis, ideoq; & personalis ejus obligatio, mandatarius tamen speciale jurandi mandatum habens mandantem effectivè obligat tanquam ex contractu qui alterius nomine celebratur, *Hahn. b.m.in Obs.ad VVesemb.tir.de furej.n.9.p.m.811.j. Georg.Schulz d.Syn.jur.feud.c.g.n.33.* ubi formulam jurantis Procuratoris in animam Principalis videre est.

TH. XXXVII.

Si tamen Dominus ex causa aliquâ probabili Vasalli præsentiam requirit, ob ortam fortè infidelitatis suspicionem, ut præsentem admonere ac terrere possit, justo Domini mandato omnino morem gerere & comparere ipsum oportet, ne per spretam ejus voluntatem, posthabitumque mandatum, gliscenti suspicionis igniculo oleum affundat, si modò vel morbus, vel ætas, aut aliud justum impedimentum rechtmäßige Ehehaftten / nullam excusationem præbeant. *Pet.Gudelin.Comment.de jur.feud.p.2.c.8.n.5. Niell.Diss.feud.7.th.2.l.c.sub fin. Add. Matib. Steph.de jurisd.lib.2.p.1.c.7.n.232.Hartm.Pistor.lib.2.q.37.n.59.*

TH. XXXVIII.

Cujusmodi impedimento justo locum relinquit nonnunquam Vasalli conditio & qualitas, cui non conveniret feudi Dominum eā, quā regulariter decet, reverentiā adire, & fidelitatem promittere, utpote honore ac dignitate hunc antecellenti. Ergo hujusmodi Vasallus in majori vel pari dignitatis fastigio constitutus fidelitate se solutum ut ne existimet, commodissimè per Procuratorem feudum recognoscere ac jurare potest, nec sine causâ, cum superioritatem Vasalli Dd. tanti faciant, ut ne eum quidem ad solita servitia adstringant, sed vel ad digna statu reducant, vel per substitutum serviendi potestatem concedant, *Ros.cap.8.concl.4.n.14.lit.n.ibi q; all.*

TH. XXXIX.

Pudor quoque fœminini sexus licentiam per Procuratorem jurandi permittit & honestas publica, impatiens ut mulier virorum cœtui sese immisceat. Si autem feudum dotis loco mulieri datum sit, ei omnino, etiamsi velit, fidelitatis præstatio interdici.

interdicitur, & maritus utpote feudi bonorumque dotalium dominus, Vasallus & ad recognitionem obligatus declaratur,
Rosenth. cap. 10. concl. 5. n. 3.

TH. XL.

Quemadmodum vero Vasallus ad praestandam fidelitatem Domini filio non potest cogi, nisi pater huic feudum refutaverit, prout sup. ih. 14. dictum ita in personâ Vasalli idem observandum esse par inter utrumque ratio suadet, arg. c. in Epistola 2. F. 6. dum enim & huic eadem refutandi licentia conceditur, 2. F. 14. & 2. F. 38. is qui per refutationem feudum accepit, sive filius sit, sive alius, ad vasallagii juramentum, etiam vivo adhuc refutante merito adstringitur. *Rosenth. cap. 6. concl. 33.* Post refutationem enim jurisjurandi vinculum solutum censetur, arg. l. ult. qui satisd. cog. non autem reverentiæ, refutans quippe debitò Dominum afficere debet honore, & propter memoriam pristini dominii ab omni offensione abstinere, per all. ix. 2. F. 38. inf. add. *Mynsing. obseru. Cent. V. obs. 65.* Idem obtinet in licita feudi alienatione, adeò, ut neutro casu speciali jurisjurandi relaxatione opus sit; sive enim Vasallus feudum refutando s. vendendo &c. transferat, utroque casu simul Vasallagii nexum solvit, *Rosenth. cap. 9. concl. 39.* n. 7. cessante namque causâ, cessat effectus.

TH. XL I.

Coronidis loco circa Vasalli personam non incongruè quæstio moveri posset: An Imperator Noster quâ talis, sit Vasallus Pontificis Romani eiique fidelitatem jurare teneatur? Sed ferè pider puderque infrunitæ Affirmativæ, quam Pontificiæ sedis nonnulli adulatores defendere sustinent: longè plurimum ingenio valent & Politici & Juris quâ Publici quâ Feudalis scriptores, qui communi calculo negativæ patrocinantur; proinde à prolixâ hujus tractatione potius placet abstinere, quâmi cramben toties coctam apponendo omnium palatis nauseam creare; nihilominus ejus disquisitionem, si quis D N N. Opponentum desiderabit, conflictui reservamus.

TH. XL II.

De propero post personas vasallagium praestantes & accipien-

aceipientes ad illam ipsam fidelitatem, de quâ in descriptione nostrâ *Sup. ch. 7.*, quæ nobis utramque paginam facit. Primum autem de formâ erimus solicii, ut contenta faciliori posteâ labore enucleentur. Ea autem in scriptis juris feudalis contubernibus triplex ferè sese offert, comprehensa tribus titulis immediatô se invicem ordine sequentibus, nempe *2. F. 5* *2. F. 6*. & *2. F. 7*. quas formulas nec libi contrarias, nec alteram alterâ latitudinem aut angustiorem esse arbitramur, id quod accurate satis innuit *tx. 2. F. 7. ibi quod verbum &c.* ubi vocabulum *Fidelis* si recte intelligatur nullâ adjectione indigere, sed potius integrum perfectamque in se fidelitatem, quippe quæ per ejusd. cap. verba subsequentia prolixius declaratur, continere dicitur. Prægnans tamen d. l. additur prolixioris explicationis causa, simplicitas nimirū & ignorantia multorū Vasallorum, quæ fœcunda errorum, ne dicamus perjuriorum, mater haud raro audiret, nisi clarioribus verbis juramenti contenta conciperentur, ejusq; inde oriens obligatio quodam quasi penicillō delinearetur. Ejusmodi autem simplicium imperitorumque habendam esse rationem testatur *glossa in l. 10. C. famil. ercise. his verbis:* Non omnis scit dicere heredem instituo &c. Hinc & testimonium validum pronunciat, dicentis, Titum possidere, tametsi interrogatus quid sit possidere, respondeat se nescire, *gl. in l. 38. §. 7. de V. O. Gothofr. ad c. est & alia 2. F. 7. lit. e.* Quid? quod ipse Imperator ejusmodi simpliciter literarumque imperitiam attendendam esse luculentissimô exemplô probaverit in *l. ult. C. de testam.*

TH. XLIII.

Formula hodiè in Germania usitata in jure feudali præscriptæ non est dissimilis, sed in effectu eidem conveniens, quamvis eam pro Curiarum varietate variare inficias non eamus. Sic singulare quibusdam in locis est, quando Vasallo jurare incumbit, te juri dicendo cum Paribus pariturū, uti hunc in modum à Ducis Würtembergici fidelibus jurari notat *Rebold. Thes. Præt. verb. Lehenmann / Lehenpflicht* ibi: *Urtiegel zu sprechen mit Ihrer Fürstl. Gn. Mannen / so ihr darzu ermahnet und erforderet worden.* Et hanc juris dicendi potestatem Vasallis ipsum jus feudale tribuit, in *§. præterea si inter 2. F. 55. ex quo tx. & illud notari*

tari potest, non omnes Vasallos promiserunt ad terminandas controversias feudales admittendos esse, sed illos tantum, qui sub fidelitatis debito conjurati sunt, i. e. qui fidem suam accedente Juramento Domino promiserunt (nisi Dominus & Vasallus etiam in alios consentiant) add. ix. 2. F. 16. Neque opus erit Pares ad judicandum convocatos, ut secundum Jus judicent, jumento aliquo adstringere, quia ipso Vasallagio ad justè judican- dum obligati videntur, §. 1. & s. illud tamen, 2. F. 24. Dn. Schnobel. Disp. Fend. ult. th. 25. ibidem, alt. Mynsing. Schultz d. Syn. jur. fend. c. ult. n. 40.

TH. XLIV.

Multò minus necesse erit Paribus ad decidendas lites inter Dominum & Vasallum ortas citatis relaxare fidelitatis Juramentum: tantum enim abest, ut vi hujus teneatur Vasallus ad illicita, occultandam scil. veritatem aut torquendum Jus in favorem Domini, ut potius liberrimè quicquid Juris fuerit contra Dominum pronunciare possit; cum administratio Justitiae nullam foveat injuriam, & Vasallagium iniquitatis, iniustitiaeque vinculi nomen omnino aversetur. Vid. Rosenth. cap. 12. concl. 5. n. 26.

TH. XLV.

Ubique autem & generali Germaniae consuetudine id, quod jamjam præc. th. XLIII. dictum, receptum non esse, inter alia docent Juramenta à Vasallis Serenissimi Electoris Saxonie, & Celsissimorum Marchionum Brandenburgensium præstari so- lita, quorum illud recitat Ludov. von Hörmag. in Stella Notar. part. 3. hoc autem extat in dem Abdruck der bey hochfürstl. Branden- burg. Canzeley zu Bayreuth von Alters her üblicher Ritter/ Bürger- und Bauern Lehen- anch Erbhuldigungs Pflicht. Li- eet inibi etiam speciale quid ac notatu dignum occurrat, dum Vasallus Serenissimorum Marchionum Brandenburgensium specialiter & expressè jurat, se in causis feudalibus coram nullo alio judice quam coram Domino feudi, vel Paribus curiæ litiga- rum; (quæ verbalicet jurisdictione Domino tribuant, ad causas tamen feudales ea rectè restringitur, ultra quas nec extendi debet, nec de Jure potest, §. præterea si inter, 2. F. 55. Vid. Inf. ib. 54.) item: si quempiam rem feudalem ut non feudalem possidere sciverit,

se Domino indicaturum , his in vernacula nostrâ verbis : (die
Lehen) nicht zu verrechnen / dann vor Ihrer Fürstl. Durchl. oder
deroselben Lehen Richter und Mannen (oder wohin Euch dies
selbe weisen werden) und ob ihr jetzt verschwiegen Lehen anjezo
wisset / oder künffig erführet / die selben bey Seiner Fürstlichen
Durchl. jederzeit anzumelden r. Ille verò qui Sereniss. Saxoniam
Electorem feudi Dominum recognoscit , juratò promittit , se
fidelem fore suo Domino , heredibus ejus feudalibus , & totâ Sa-
xonum Familiâ extinctâ , etiam Landgraviis Hassiæ : Ich N.
gelobe und schwere / daß ich meinem Herrn / dem r. und Sei-
nen Lehen Erben r. und im Fall / da der ganze männliche
Stamm der Chur- und Fürsten zu Sachsen Todtes abgan-
gen und verstorben wäre / welches doch Gott gnädiglich ver-
hüten wolle / den Landgraven zu Hessen / und Ihr Fürstli-
chen Gnaden männlichen Leibes Lehens Erben / alles mit Uns-
terscheid und vermöge Ihrer Churfürstl. Durchl. und Fürstl.
Gn. allerseits Erbtheilung / Erbverbrüderung / und Keyserl.
Belehnunge / auch aufgerichteten Verträge / will gefreu/
hold / gewährig und gehorsam seyn / r.

TH. XLVI.

Simili homagiō Vasallos in ulteriori Pomeraniâ Episcopatu-
que Caminenſi feuda tenentes , atque Serenissimum Electo-
rem Brandenburgicum feudi Dominum hodiè recognoscentes,
obligari , atque eo casu , quo lineam masculinam Domūs Bran-
deburgicæ deficere contingeret , Regi Sueciæ , tanquam spe suc-
cessionis , simultaneāq; Investitura gaudenti , Vasallagii vinculō
se alligatos profiteri debere , ex Instrum. Pac. artic. X. §. Titulū ,
verosimile fit.

TH. XLVII.

Ut autem omnia Jurisjurandi nostri capita appareant , quid-
ve de hodiernis moribus toties dicta fidelitas in se contineat ,
ad oculum demonstretur , operæ pretium esse autumamus , de
verbo ad verbum aliquam Vasallagii formulam transcribere . Sit
igitur exempli loco Imperatori nostro à Princepe Imperii per
mandā

mandatarios jurari solita: (de aliis formulis videri potest Georg.
Schulz / d. Syn. Jur. fud. cap. 9. n. 35.) Euch dem Allerdurch-
leuchtigstem / Großmächtigstem / Unüberwindlichstem Für-
sten und Herren N. N. Römischen Keyser &c. Unserm Al-
lergnädigstem Herrn / von wegen und als vollmächtige Ge-
waltshaber des Durchleuchtigen / Hochgeborenen Fürsten und
Herren N. Unsers Gnädigen Fürsten und Herren / geloben
und schweren wir N. und N. in Kraft und nach Inhalt der
von Ihrer Fürstl. Gn. emp angenen / und zur Keyserlichen
Reichs- Hof- Cansley übergebenen schriftlichen Gewalts /
auf das Heil. Evangelium / so wir hiemit leiblich berühren /
und in die Seel gedachtes Unsers Gnädigen Fürsten und
Herrn / das Ihre Fürstl. Gn. von der Regalien und Lehen
wegen des Fürstenhums N. samit allen denselben incorpo-
rirkten Grav-Herrschafft- Ein und Zugehörungen / die Seiner
Fürstl. Gn. jeso verliehen werden / um hinsiro von dieser
Stund an / Eurer Kayserl. Majest. allen derselben Nach-
kommen am Reich/ Römischen Keysern und Königen / und
dem Heil. Reich / getreu / hold / gehorsamb und gewärtig seyn /
auch nimmermehr wissentlich in dem Raht seyn sollen noch wol-
len / da ich etwas wieder Eurer Kayserl. Majest. Person / Ehr /
Würde oder Stand gehandelt / oder fürgenommen wird / noch
darein willigen oder beschlen in einige Weg / sondern Euer
Keyf. Majest. und des Heil. Reichs Ehr/ Nutzen und Frommen
betrachten und befördern / nach allem ihrem Vermögen / Und
ob Ihre Fürstl. Gn. irgends verstanden / daß etwas fürgenom-
men oder gehandelt würde / wieder Euer Keyf. Majest. Per-
son oder das Heil Reich / demselben sollen und wollen sie ge-
treulich vorsehn / und Euer Kayf. Majest. dessen ohne Verzug
warnen / und sonst alles das thun / das sich einem gehorsamen
Fürsten gegen Euer Keyf. Majest. und dem Heil. Reich zu
thun gebühret / von Recht oder Gewohnheit wegen / getreulich /
ohne arge List und Gefährde / als waar seiner Fürstl. Gn.
Gott helfe und das Heil. Evangelium.

Refert hanc Dn.
Limnaeus

Linnæus in Addit. ad Jur. publ. lib. 4. c. 7. p. 430. Cui similis reperiatur apud Warens. ab Ehrenberg lib. 2. deföder. c. 1. n. 161.

TH. XLVIII.

Ex proximè præcedente formula notandum occurrit, quod hodiè adhuc juretur ad Sancta DEI Evangelia, secundum modum veteribus usitatum, dd. *xxx. 2. F. 5. & 2. F. 7.* Nec id tantum in vasallagio, sed pluribus aliis Juramentis obtinet; sic enim Principes Electores ad electionem Romanorum Regis accessus jurare, ostendit formula Juramenti Electoralis *in Aur. Bul. tit. 2. præscripta*, ibi: *Ego N. Archiepiscopus Moguntinus, Sac. Imp. per Germaniam Archicancellarius & Princeps Elector, juro ad sancta DEI Evangelia, præsentialiter coram me posita, quod &c.* Eadem clausulâ juramentum, à Cardinalibus conclave sede vacante ingressis in Capellâ Sixti præstandum, esse munatum, tradidit nuper *cujus nomen in omni ferè Europe angulo celebratur, atq; in Altorfinâ Doctorum Coronâ splendida instar gemmæ fulget, Nobiliss. Consultis. atq; Excellentissimus Dn. DOCTOR WAGENSEIL, Patronus, Praeceptor meus, quem propensissimo animi affectu suspicio, in Disp. de Electione Romani Pontificis, th. 17.* Ipsius etiam Romani Imperatoris Capitulationi hæc verba sub finem addita esse demonstrat Gloriosissimi Nostri, uno verbo *OPTIMI*, Imperatoris *LEO. POLDI* (quem Deus Triunus filii & nepotibus *LEO. POLDIS* Patrem faciat & Avum felicem ex animo vereq; optamus!) Capitulatio § 47. ibi: *Inmassen wir dann das mit einem leiblichen Ahd zu Gott und dem Heil, & Evangelio geschworen.*

TH. XLIX.

Quamvis autem hic jurandi modus non arrideat *Wesembgio in Parat. ff. de Jurej. num. 6.* cum tamen tanquam Jure Civili, l. 12. §. patroni, C. de Judic. l. 20. C. de Episc. and. Feudali, per *xxx. sup. all. Camerali, Ord. C. tit. 57. & seqq.* receptum, tolerari posse putamus; aliud enim est jurare per Evangelia & Sanctos, quod sapit idolatriam & superstitionem, aliud est jurare ad Evangelia, quod fieri potest absq; peccato, & juratae promissiones ejusmo-

ejusmodi tactione sanctorum Evangeliorum magis firmatae pro
vero corporali Juramentō σωματικῷ ὄρηῳ, **Cörperlichen Ahd**
habentur, concurrit enim invocatio nominis Numinisq; Divini,
tanquam Jurisjurandi forma, atq; semper concurrere debet,
idemq; in sup. recitatā fidelitate fieri verba finalia ostendunt.
Jung. VVarem. ab Ehrenberg lib. 2. de fæder. c. 1. n. 151. cum seqq.
Conr. Rittershus. in Nov. p. 9. c. 20. n. 2. & lib. 1. partit. feud. c. 10. q. 4.
Dieter. ad A. B. tit. 2. p. 25. & 27. Interim non diffitemur cum
Rauchbar part. posterior. q. 2. n. 52. 53. rectè verba de Evangelio,
Ich schwere auf das Heil. Evangelium/ in Saxonia alibi que à
jurantibus ut plurimum omitti. Nobiliss. Consultiss. atq; Excellentiss.
DN. PRÆSES in sup. alleg. prælect. publ. ad Process. Jur.

TH. L.

Promissionem tamen, quæ omissa obtestatione religiosa, interpositione fidei, **bey Fürstlichen/ Grävlichen Ehr und Würden/** firmatur, pro Juramento habendam esse, probatum nonnulli eunt ex *txx. in c. 3. extr. de his, quæ vi met. & c. 3. de Jurej.* & in Praxi Camerali promissionem talem Principis illustrisq; personæ sub fide sua, veri Juramenti vim habere testatur *Gail. Præct. observ. lib. 2. obs. 59.* ubi sape sic observatum esse meminit, *Add. Schurpf. cent. 2. conf. 37. n. 11. & cent. 3. conf. 62. n. 14-15. Mynsing. cent. 1. O. 17.* Quicquid sit, cum in fidei interpositione deficiat invocatio Nominis Divini & execratio, nec juramentum revera erit, *ut me docuit sup. cit. & nunquam absq; veneratione mihi nominandus* **DN. PRÆSES**, dd. prælect. publ. ad Process. & in Saxonia pro simplicitate tantummodo promissione reputatur, *Wesemb. in Parat. ff. de Jurejur. n. 6.* ubi Hahnius tale promissum quoad vim obligandi, non quoad crimen perjurii admittit, *Modestin. Pistor. V. 2. conf. 19. n. 53. Rauchbar d. part. 2. q. 2. num. 58. Carpzov. part. 2. J. F. R. S. Conf. 16. D. 5. num. 4.*

TH. L. I.

Insuper in d. formulâ th. 47. verba **Eurer Kayserl. Mayes Stät und dem Heil. Reich/** indicant, Status Imperii non Imperatori tantum, sed toti Imperio juramentō hoc obligari, adeoq; tam hujus, quam illius vasallos esse; quare autem non Imperator, tanquam Imperii caput, sibi soli fidelitatis debitum arrogare possit, non postremam rationē esse arbitramur, quod sit

D

Admi-

Administrator Imperii, R. J. de A. 1559. in pr. ibi: Die Adminis-
tration und Verwaltung des Römischen Reichs/ & paulò post:
Und uns mit der Bürde der Administration und Verwal-
tung des Heil. Reichs/ &c. beladen/ item ex A. B. tit. 2. &
quia de antiqua, ibi: virtute S. Imperii administret.

TH. LII.

Quid tandem vocabulum Fidelis sup. in vasallagii descriptione
th. 7. positum sibi velit, verba illa **Treu** / **Hold** / **Gehorsam**
und gewärtig/ in d. formulâ th. 47 eorumq; prolixa satis subje-
cta explicatio declarant, quam ad tria commodè referri posse ca-
pita existimamus, scil. ad commodorum promotionem, damno-
rum aversionem, & venerationis obsequiisq; præstationem, se-
quentes immortalium meritorum Virum Dn. Ludwell. in Syn. c. 14.
pr. cuius vestigia, uti alias plerumq; ita hic anxiò pede lubentissimè
premissus. Ea formula, quæ 2. F. 7. reperitur, amicè prorsus cum
sup. recitatâ, aliisq; hodiè plurimum usitatis, conspirat, & pro-
missionem commoda promovendi tacitè continet, ut rectè Dn.
Schnobel ejus contenta in tuitione personæ, honoris & bonorum
Domini consistere affirmet, in Disp. Feud. 5. th. 23. Hoc loco adhuc
monendum, quibusdam in locis tenori & formulæ Jurisjurandi
etiam annexi execrationes. Exemplum est in Duce Arschotta-
no Philippo de Croy, cui fidelitatem jurantide Castello Antver-
piensi fortiter defendendo, Secretarius Hispánicus de Escovedo
verba subjunxit sequentia: **So ihr das thut/ so woll Euch Gott**
helffen; wo aber nicht/ so hole Euch der Teuffel mit Leib und
Seel/ darauf sagte ein jeder Amen. Meteran. lib. 6. vom Dies
derländischen Krieg/ fol. 336. Nicol. Myler. de Princip. & Stat. Imp.
cap. 92. n. 3.

TH. LIII.

Vocem Gehorsam in nostra formula th. 47. quod attinet, illa in
Statibus Imperii subjectionem quoque involvit, qui respectu
rerum & personarum Imperio & Imperatori sunt obligati, &
præterservitia Vasallatica subeunt alia onera, tam realia quam
personalia, in salutem Imperii & Imperatoris, & delinquendo
non feloniam solummodo, sed crimen quoque læsæ Majesta-
tatis committunt, cuius poena, præter feudi privationem, cor-
poralem etiam afflictionem infert, quæ nota est subditi, non
Vasal-

Vasalli Nicol. Myler. de Princip. & Stat. Imp. cap. 93. Confer. Rein-
king. de R. S. & E. lib. 1. cl. 5. cap. 4. n. 12. & D. Schütz in all. Coll.
jur. publ. Disp. 6. vol. 1. th. 26. lit. K.

TH. LIV.

Alia planè est ratio aliorum vasallorum, qui non sunt Status
Imperii; quamvis enim obedientiam promittant Domino, illa
tamen non personam, quatenus talem afficit, sed respicit rem in
feudum sub obligatione ad fidem concessam. Scilicet verissima
assertio Feudistarum est communis, jurisdictionem competere
Domino non in Vasalli personam ratione statutus & conditionis
personæ, sed respectu feudi, quod Vasallus habet. Hinc sub-
ditus in omnibus causis Jurisdictionem Magistratus sui, Vasal-
lus vero in causis duntaxat feudalibus Domini sui Jurisdictionem
agnoscit, nec Dominus Vasallo collectas injungere
potest, sed Magistratus subdito, Carpzov. lib. 4. Respons. jur. 70. n.
4. & instar omnium Martin. Mager. de Advocat. armat. cap. 6. n.
690. & 691. qui textibus & Authoritatibus confirmat plurimis,
Vasallagium non facere subditum nec importare subjectionem.

TH. LV.

Revertimur ad juramenti nostri formam, à cuius solito teno-
re recedendum non est, quemadmodum enim in renovatione
investituræ omnia ad investituram primitus factam sunt confor-
manda, & ea tanquam radix & fundamentum subsequentium
omnino est inspicienda, sic idem juris erit in juramento fide-
litatis, tanquam investituræ parte; cuius mutatio, utpote agna-
tis facile præjudicium generans, admittenda non est, & in non-
nullis capitulis ab antiqua & consuetâ formâ ubi discrepat, per
vim ac metum extortum præsumitur, uti post Schraderum, Hartm.
Hart. Schneidvv. inculcat Dn. Schnobel Disp. Feud. 5. th. 23. Similiter,
quando post Investituram insignis aliqua mutatio obvenit, nec
res in eodem statu permansit, vim suam Juramentum perdit; cer-
tissimi enim juris est Juramentum intelligi rebus sic stantibus,
prout Nobilissimum Consultiss. atq. Excellentiss. Dn. PRÆS-
DEM, Patronum ac Præceptorem meum, obsequiosâ animi
veneratione colendum docuisse memini insipius all. præct.
publ. ad Process. jur. nec extendi ad ea, de quibus tempore inter-
positi Juramenti non fuit cogitatum, Gail. Obs. Pract. lib. 1. Obs.
100. n. 5. ideoque ex causa de novo superveniente à Jureju-
randocitra perjurii crimen licet recedi, c. quemadmodum, 25.

extra de jurejur. & l.ulti. ff. qui satisd. cog. j. Gail. lib. 2. Obs. 23. n. 9. ubi hanc assertionem in promissoriis maximè Juramentis, quibus nostrum sup. ib. 8. annumeravimus, non in assertoriis, in quibus nulla conditio subintelligitur, procedere testatur.

TH. LVI.

Quod si Domino inferiori Vasallus fidelitatem promiserit, persona Superioris semper censetur excepta, per tx. 2 F. 7. etiam si id expressè non sit dictum, tacitè enim subintelligitur, Gothofr. ad §. fin. 2. F. 28. l. B. cum in omni Juramento censeatur jus superioris exceptum, c. si diligenti 12. extra de for. comp. c. venientes 19. extra de Jurej. Carpz. p. 2. C. 15. d. 1. Et homagii vinculum, quo superiori Domino tenetur Vasallus, fortius quam vasallagii ligare, sup. th. 4. diximus, cui jungatur Instrum. Pac. art. 8. inf. pr. & apparebit quam salvum illibatumq; subjectionis Juramentum contra alias promissiones custodiendum sit. Ex hâc asserzione quasi suâ sponte fluit decisio illius quæstionis: Quando quis alterius sit Vasallus & alterius subditus, Dominis bellò inter se decertantibus, cuinam ad hærendum sit? Eadem juris dispositio viget in Vasallo habente Dominum antiquorem; §. f. 2. F. 28. si enim hoc casu posterius Juramentum robur suum æquè obtineret, iniquitatis vinculum rectè diceretur, contra c. 18. extra de jurejur. Patriam denique, cui plura quam Parentibus debemus, Parentes, fratres, filios propter honestatē & Juris naturalis principia, & ipsam Vasalli personam ob charitatem à se ipsa incipientem, pari exceptione frui assérimus cum Vult. cap. 10. n. 28. & seqq.

TH. LVII.

Ex feudo, propriè & ual' εξοχήν, Ligio quod à solo Imperatore Superiore non recognoscente conceditur, qualis juranda sit fidelitas, ipsa feudi natura demonstrat, sc. Vasallum ligat absque exceptione, nemini fidelitate reservatā, §. 2. 2. F. 52. & 2. F. 99. Cujusmodi Jurisjurandi integrum formulam Phil. Camerarius Oper. Succis. cap. 6. Ferdinando Neapolitanorum Règi à Comite Ursino genibus innitente præstitam recenset, in reliquis capitibus ex feudis non ligis communiter præstari solitis ut plurimum consentaneam, discrepantiam verò manifestant maximè verba hæc: officia obiturum omnia, domi forisque, pace belloq; adversum quoscunq;, ac pro Imperio quæ probi ac fidelis subiecti jure, lege, naturâ obeunda ac præstanta sunt Regi. Ex quibus facilis est distinctio hominis Ligii à non Ligio, cum in hujus

i
s
.
.
.
.
.
.
.
.
.
.
.
.
jus promissione Imperator vel Rex , aut antiquior Dominus vel expressis verbis excipiatur, vel tacitè exceptus intelligatur, per ea quæ præc. th. diximus. Neq; Ligius alterius sed ipsius feudi Domini subditus est , duorum namq; in solidum Vasallus ligius nemo regulariter esse potest, (nisi id interdum ex post facto contin- gat) & positō casu in contrarium , non posset non alterius jus quæsitum interverti , hoc ne fiat , vasallum Ligium vix alium quam supremo suo Magistratui immediate subjectum dicimus cum *Vult. cap. 8. lib. 1. n. 22.* Vasallagium tamen ex feudo Ligio alteri autem ex feudonon Ligio ab uno eodemque præstari posse non inficiamur , vid. *Vult. c. l. n. 21. cum seqq Confer. Gail. de Arrest. Imp. cap. 6. n. 29. & seqq.*

TH. LVIII.

Locus , ubi vasallagium præstatur , est Domus Domini regulariter , vel Curia , quamvis enim olim frequentius in Curiis solennibus Imperii investitures feudorum Regalium factas fuisse colligas ex *A. B. t. 29.* hodiè tamen in Aula Imperatoria plerumque expediuntur , teste quotidianâ experientiâ *Limn. lib. 4. cap. 7. num. 23.* Quid verò Juris , si fortè Dominus peregrè absit nec intra tempus renovandæ investituræ definitum redeat? Tunc Vasallus eum sequi non tenetur , *Schnob. Disp. Fend. 5. lib. 17.* sed petere potest , ut terminus investituræ extendatur , ne propter non petitam Investituræ renovationem feudi privationem metuat , interea temporis nihilominus omnia fidelitatis capita exactè observare debet , qualia literis dilatoriis expressè inseruntur , observante *Limn. in Addit. ad jur. publ. lib. 4. c. 7. n. 19. ibi: nichfs desto minder immittel solcher Zeit/ uns uñ dem heil. Reich freu/ gehorsam und gewärtig zu seyn/ zu dienen und zu thun/ als sich gebüret* *z. j. Ordin. des Regim. Car. V. §. 4.*

TH. LIX.

Hactenus de vasallagii formâ potissimum substantiali , sequitur accidentalis quæ consistit in solennitatibus , quibus jurata hæc promissio adornatur , pro locorum , morum , personarum atque feudorum diversitate diversis. Interdum conferatur , Vasallus procumbente in genua , nudatō capite , inermi , quarum ceremoniarum exhibit exemplum *Philippus Archidux Austriae* in investitura à Cancellario Regis Galliae facta , *Arnif. de jur. Majest. p. 148.* Electores quoque horumque Legatos in ge-

nua subsidentes ab Imperatore investiri, fidemque ei hoc modo promittere, patet ex Investitura Mauritii Saxonis, quam à D. Carolo V. superiori seculô accepit, cujus ceremonias prolixius describit Joh. Sleidan. *Comment. lib. 2. p. 623.* & Christ. Matthiae *Theatr. Histor. in Carolo V.* Similem potentissimi Dn. Dn. Maximiliani Electoris & Ducis Bavariæ inaugurationem tradit Schütz all. t. Disp. VII. th. 18. l.e. & Limn. add ad lib. 4. c. 7. n. 23. ubi & Eminentissimi Moguntini Investituram iisdem solennitatibus peractam proponit. Nec quicquam propterea dignitati Serenissimorum Electorum decedit, etiamsi ejusmodi actus in publico celebretur: ac frustra Othocarus Bohemiæ Rex, cum Imperatori Divo Rudolpho Habsburg. flexis genibus in tentorio fidelitatem præstaret, & Imperator de industria subito tabernaculô apertô, eum in genua provolutum omnium conspectui exponeret, id maximè ignominiosum, ac non nisi Cæsareo sanguine contumeliam istam detergi posse autumavit, validâ enim manu Imperatorē petendo viatus justas inusti belli pœnas tulit.

TH. LX.

Verum omnes omnium investiturarum solennitates exponere non hujus est temporis. Qui alias, Principum cum primis, in Imperatoris Aulâ obvias accurate scire desiderat, adire potest Dn. Limn. in add. ad *Jur. publ. lib. 4. cap. 7. n. 23.* ubi summam Majestatis venerationem Vasallique humilitatem mirari subit. Nec in solo Cæsare hoc speciale est, sed commune aliis Regali dia demate insignitis, suprime Imperii Jure gaudentibus, qui non minore cum cultu à Vasallis (observatâ tamen cujusque loci consuetudine) adeundi sunt, uti docent exempla, quæ in superioribus extremis quasi digitis attigimus. Ad nostrum scopum sepositis reliquis apprimè facit, quod Vasallus ejusve mandatarii Evangeliorum librum in sinu Imperatoris positum duobus anterioribus dextræ manus digitis tangere, atque Ministerio quodam juramentum prælegente, singula ejus verba reiterantes, jurare debeant. Quo peracto à Mareschallô Imperii, aut eo absente Imperatoris, traditur Imperatori gladius, cuius conum investitram accipientes exosculantur, & ita abusivè investiuntur, arg. pr. 2. F. 2. add. sup. th. 17. Mores Gallicos hac in re desiderantem remitti mus ad Limn. c. l. p. 438. & Gudelin. de *Jur. feud. p. 2. c. 8.*

TH. LXI.

Nihil verò interest Vasallagium investitram præcedat an eam sequatur, per *txx. 2. F. 4.* & *2. F. 3. inf. item 2. F. 24. §. 1.* cum utro que

que casu idem operetur eosdemq; producat effectus; sub hac tam
men limitatione, ut si forte Vasallus juraverit ante investituram,
& Dominus post ritè præstatum iuramentum investire nolit,
non obligetur, sed impunè factæ promissioni contravenire
possit, cùm Vasallagium eam habeat conditionem, si feudum tra-
datur, *Rof. c. 6. concl. 8.* Eodem autem contextu utramq; solenni-
tatem tām Juramenti quām Investituræ peragi opus non est, sed
seorsim sive ex intervallo rectè expeditur, *Gadelin. c. l. c. 7. num. 4.*

TH. LXII.

Dominis Imperatore minoribus fidelitas quibus ceremoniis præstetur, è cujusque Curiæ moribus petendum est; interdum Vasalli palliō vestiti, interdū inermes coram Domino comparent, huicq; fidem suam stantes pollicentur. In Aulis Principum quorundam in Circulo nostro Franconicō vasallo stanti, sedente Dominō aut rei feudalnis Præposito, à Secretario verba Va-
sallagii præleguntur, quæ postquam se bene percepisse, ac proinde in ea juraturum annuit Vasallus, surgens de sede sua Dominus aut vicem ejus gerens, ipsum corporale Juramentum à vasallo elevante digitos pro more elevari solitos recipit.

TH. LXIII.

Investituræ actu absolutō, laudem sive relevium, ex pacto forte vel consuetudine debitum, solvi, ac Instrumentum, quod breve testatum dicitur, *i. F. 2. §. 1. 2. F. 32.* (pro quo Cancellariæ non nihil pecuniæ numerandum est) dari solet, cuius tanta est vis & efficacia, ut in controversiis feudalibus plenè probet, & sufficiētē mereatur fidem, ejusq; tenori ita stetur, ut omni feudo-
rum generi & naturæ deroget, sunt verba *Rof. c. 6. concl. 67.* cui plerumque inseritur formula Juramenti, hoc modo: **Und M.
hat uns darüber in Treuen gelobt / und leiblich einen Ahd zu
Gott geschworen/ uns und unsern Nachkommen/ getreu / hold**
und gewärtig zu seyn ic. *Vultej. c. 6. lib. 1. n. 40.* E contrario vasallus Domino literas reversales, ceu vocant, tradit, vel à Domino scriptas sua manu subscribit, nonnunquam sigillō firmitat. Et quamvis nec Juris nec æquitatis ratio permittat, ut alienorum Instrumentorum inspiciendorum potestas Actori fieri debeat, *i. 4. C. de edendo*, vasallus tamen reus Domino actori investituræ instrumentum edere cogitur, quod speciale est, ut publicè docuit sæpius cum veneratione alleg. Dn. PRÆSES, cuius Virtus atq; fama micant velut inter ignes Luna minores, *in pra-
lect.*

lect. ad Schnobel. Disp. ad Pand. 2. tb. 21. jung. Immortal. Dn. Ludv vell.
in Syn. c. 17. p. 432.

TH. LXIV.

De effectibus præstitæ fidelitatis adhuc agere non esset in difficulti, nisi prolixè ac luculenter à plurimis materia hæc esset pertractata, itaq; spicilegii loco sufficiat hinc indicare. Domino in re feudali sartam testam relinquendam proprietatem, Vasallum vero utile dominium nancisci, insimul ad reverentiam officiorumq; præstationem esse obligatum, ac ita se gerere debere, uti decet erga illos, quorum persona sancta & honesta videri debet, 1. g. ff. de obs. par & patr. præst. Si enim promissa fidelitatis non persolverit sed culpæ alicujus, quæ vel in committendo vel omittendo consistit, Dn. Schnobel Disp. Fend. 10. th. 5. & seqq. reus fuerit, perfidus ac perjurus, 2. F. 6. inf. & barbarâ voce Feloniam commississe dicitur, 2. F. 38. ex qua poenæ subjugandus, feudoque tanquam beneficio indignus, dignus autem ejus privatione judicandus est, quæ tamen non ipso jure, sed per sententiam demum Judicis irrogatur. Ixx. 1. F. 21. §. fin. 1. F. 22. 2. F. 57. 2. F. 24. § 2. l. 176. de R. J. Add. Dn. Ludv vell. Syn. c. 18. p. 481. cum seqq. Melon. Thes. Jur. tit. 4. n. 34. & seqq.

TH. LXV.

Deniq; circa effectus in considerationem venit obligatio Domini, quam suadet natura correlatorum; tritumq; illud Germanorum proverbium Treu Heri treu Knecht admonet quodammodo Dominum feudi etiam fidelitatem Vasallo debere, quamvis ut eandem huic jurato promittat nullibi dispositum reperiatur, cum Jura majorem de Domino habeant fiduciam, neq; beneficium conferens cum accipiente ad paria hoc casu redigendus sit; fidelis tamen esse jubetur Dominus ob mutuam inter utrumq; obligationem, ne malefidi nomen mereatur, juxta all. sup. c. 2. F. 6. inf. qui tx. propterea à Dd. Dominis feudi terribilis dicitur, notante Vult. lib. 1. c. 10. n. 37. ex quo elucescit eodem modo feloniam committere Dominum, & propter ejus commissionem proprietate & Jure suo, quod in feudo habet, cadere, §. Domino, 2. F. 26. & 2. F. 47.

Atq; hic cum Deo discursus nostri terminus esto, pro colophone Benevoli Lectoris favorem, eo quo par est studiō, efflagitantes, cuius inde proveniens benignum de qualibili nostro labore judicium ad preciosissimam gemmam, quā theses hæ ob signentur, lubentes & quiparabimus.

DEO UNI ET TRINO GLORIA!

Altendorf, Diss., 1670-71

X 242 1345

ULB Halle
006 650 694

3




V317



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-745221-p0042-4

DFG



D. N. J. C.
UM FEUDALEM
De
LLAGIO
PRÆSIDIO
GELLENTISSIMI
I ATQUE CONSULTISSIMI
ESTI CREGEL
P. NORIMBERGENSIS
SIMI IN UNIVERSITATE ALT-
CIS JURISQUE FEUDALIS
FAMIGERATISSIMI
SSORIS PRIMARII
PRÆCEPTORIS AC HOSPITIS
ITIÆ GENERE PERPETIM
COLENDI
orum examini subjicit
ACOBUS SCHEURL
AUTOR.
D. 7. Septembris.
R. MDC LXX.
ALTDORFFI
in h. Winterbergeri, Universitatis
Typogr.